Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De ordine docendi ac studendi

Guarini, Battista

[Heidelberg], 18. Dez. 1489

Guarinus Baptiste [...] Botiens nū

urn:nbn:de:bsz:31-290373

Visual Library

Guarinus Baptiſte Guarino filio ſuo iocundiſſimo libelli ſequẽtis auctori ſalutẽ,

QUotiens nũtium de te accipio/ totiẽs nouo quodam me afficis gaudio. Adeo tecum certare videris/ vt cum alios aut ſuperare aut eq̃re ſtudeas/ quieſcere neſcias. Niſi melior hodie quã heri fueras/ negligẽs a teipſo cẽſearis: preclaras imitatus arbores que prioribus nouas ſemper frondes/ nouelloſqꝫ indies addunt ramulos. Donec letus conſurgat in ethera vertex. Nuper Ageſilaum tuum acceperam/ ſtudiorum tuorum primitias vel potius delitias et quidem amabiles/ qui veluti propago quedam late ſerpens/ teipſum nomenqꝫ noſtrum hetruſcas diffundit in horas. Nunc autem reueniens a te Leonellus frater amabilis/ alteras ſtudiorum tuorum haparchhas, attulit/ ingenij tui et eruditionis argumentũ ſane celebrabile/ tenendum in ſtudijs ordinem adoleſcentibus/ perinde ac germinãtis incunabula diſcipline. ipſum autẽ dum lego relegoqꝫ libellum/ non minore delectatõne afficior: q̃ꝫ admiratiõe/ ꝙ anapalin/ adeo iuuenilis fertilitas cũ ſenili maturitate contendit. contemplari licet ordinem diſcendorũ/ varietatẽ docentis/ conſilium legendoruꝫ/ campũ meſſem deniqꝫ fructuoſumqꝫ theſaurum: reliquũ eſt vt addito limelabore/ et extrema (vt dicit̃) manu libellus ipſe politus ad vnguẽ/ eſceda ſeriũ in volumẽ edatur. Vaticinor enim illud ſtudioſis adoleſcentibus vt viaticum fore et enchiridion iocundiſſimũ legendo/ ſpeculando hauriẽdo contritũ iri/ excribatur igitur/ et multa conficiantur exemplaria in quibus Baptiſta Guarinus indies magis ac magis eluceſcat: inſtar triptolemi vitalia diſpertiẽs ſemina. Bñ vale.

Z